


tam animo conceperint, fore: ut Leo Batavus antiquâ virtute & fide libertatem suam tueatur at protégat.



Cum vero iam quarto decimo mense nihil penè obsessis processisset ex voto: petita sæpius à sociis auxilia emanassent: navigium illud magnitudinis insanæ in hostium potestatem venisset: excursions crebræ magnam militum partem devorassent: infestæ denique omnes viæ essent, per quas commeatus subveheretur, tædio tandem obsidionis urbs fracta, fameque domita in Farnesij potestatem certis conditionibus pervenit. Annum & diem factæ deditiois hoc quidam chronodisticho expressit:

*Virgo Legit spICas, AntVVerpIa CoLLa PotentIs
PrIncIpIs HIsPanI sVbIllicit ImperIo.*

Meteranus, Author.